

lorum, quas Cracouia discedens reliquerat, usus requireretur. Has cum
non cuius committenda censeret, mea opera in asportandis ijs usus est.
Dum igitur sum in itinere, repentinæ & continuæ pluviæ per aliquot dies
at noctes cadunt, quibus cum non modo impeditum & periculosum iter
efficeretur, bis uno die submersionis periculum incurri. Sed ille interim
cum à Barone quodam euocatus, cubuisse in coelui recens incrustato,
catharro infestari cœpit. Quo adhuc vexabatur, cum redirem Cracouia.
Vix autem triduum unum fuimus, cum iterum à Magnifico ac Generoso Do-
mino Ioan. Rubero summæ rei praefecto in Vngaria euocaretur. Morbo
autem Cassouiae indies propter coeli grauitatem ingrauescente, cum suf-
focationis periculum, adeoque mortem ipsam sibi imminere sentiret,
vitæ spe deposita ad felicem emigrationem se parauit. ac missis ad Domi-
num Ruberum amicis, petiit, ut simul ac deceperet, mihi opus ipsius
quod imperfectum relinqueret, traderetur, nulla habita ratione, ubi &
quando id perficere possem. Se enim mihi ad operis confectionem ne-
cessaria aperuisse, neque se dubitare, quin operam datus sim, ut pri-
mo quoque tempore opus absolutum ac perfectum ad posteritatem
transmittatur, præsertim cum sanctè id sibi promissem. In hanc ipsius
petitionem cum Dominus Ruberus consensisset, quadriga post mor-
bo inualecente, carissimus præceptor **GEORGVS IOACHIM**
MVS RHETICVS, circa Secundam noctis in complexu meo ex-
spirauit, cum ab ætatis suæ anno primo & Sexagesimo non longè ab-
asset. De quo cum Dominus Ruberus nuntiasset in aulam **IMPERATORIS MAXIM.** **SECVNDI**, IMPERATOR non
tantum Rheticus petitionem ratam habuit, sed & præter omnem spem
& expectationem meam sumtus mihi ad operis confectionem necessa-
rios, suppeditare iussit.

Tradidit ergo mihi Dominus Ruberus non tantum opus, ut vo-
luit Rheticus præceptor, sed idem etiam Diplomate testatus est, iusu ac
mandato **IMPERATORIS MAXIMILIANI SECVNDI** me id
à se accepisse. Inde cum de sumtibus necessarijs constitutum esset, ad
Tertiæ Serici continuationem accessi. Nondum vero biennium exe-
geram, cum præter opinionem de Imperatoris obitu nuntium afferretur.
Inde cum grauiora incidenterent, quam ut amplius nostri cura geri & habe-
ri posset, in Magnifici Domini Ruberitutelam & curam venimus. Is no-
bis de necessarijs aliquandiu prospexit. Accidit non multò post, ut ab
Academia Vitebergensi iusu Electoris Saxonie Augusti, ad Matheos
professionem euocarer. Eò, cum ab Electore Academia Vitebergensis
mihi impetrasset sumtus ad opus conficiendum necessarios, me contu-
li. Sed incidit Paulò post mutatio, quæ mihi & paucis alijs necessitatem
discedendi attulit.

Inde cum annos aliquot peregrinando consumisset, autore & sua-